

Prima Secunda...

hujus cognitione privati mores tanquam inquinatissimi...

Omnes, inquit S. Thomas, tenentur scire universalis juris...

Sancti illius Doctoris principium, quod vobis proponimus...

Quamvis autem perniciosius principii scateat hic Libellus...

S. Pauli verbis cum scandalo abutitur, ut ambitiosus Parochialis Curæ...

In pulpitis insignioribus ad summam concionari, ut ad Episcopatum perveniat...

Secundæ Episcopii injuriam facit, cum supponit illos sacrum...

Denique quicquid hoc de argumento edisserit, proprie lectio publica est...

Vera principia filius Libelli Propositionibus de petitione...

CONCLUSIO.

Ex his, quæ de prava Libelli doctrina retulimus, procul dubio judicabitur...

Quo magis errores illi Doctrinæ Evangelicæ integritatem oppugnant...

Vos vero Doctrinæ, quam vobis tradidimus, firmiter adhaerete...

Plus illi tribuere potestis, cum iis de Questionibus agitur...

Verum ne Doctrinæ peregrinæ abducimini, summam reverentiam erga sanctam Antiquitatem semper conservate...

sequimini, etiam cum illos ad Litteram observare non valetis.

Ad vitandas denique perniciosas laxitates, novissimis hinc temporibus adinventis...

Dat. Rothomagi in Palatio nostro Archiepiscopi, die 22. Martii 1697.

JACOBUS NICOLAUS COLBERT,

Archiepiscopus Rothomagensis.

De Mandato Illustrissimi Domini Archiepiscopi,

GREBAUVAL

Tandem aliquando rediens ad officium P. Bassier, Libellum damnatum saniori consilio reprobatum...

XXI.

CENSURA, ET DECLARATIO CONVENTUS Generalis Cleri Gallicani Congregati.

IN PALATIO REGIO SAN-GERMANO ANNO M.DCC.

IM MATERIA FIDEI, ET MORUM.

Religionem Christianam Fidei, & Moribus consistere dogmatum autem tum fidei, tum morum eandem esse fontem...

Sane recentissime, quippe hoc ipso anno M.DCC. prodit huic Cœtui dedicatus, & a Censore legitimo approbatus liber...

Neque propterea tolerari volumus importunos, ac malevolos homines, qui viris bonis, doctis, & Ecclesiæ sanctæ rei studiosis...

De Cardinali vero Cælestino Sfondrato Nodi dissoluti auctore, quid est quod solliciti sumus?

Communiter

Dec. Alex. VII. 24. Septemb. 1665. in pnt.

Dec. Alex. VII. 24. Septemb. 1665. & 18. Martii 1666. in fine. Dec. Inn. XI. 2. Martii 1679.

Mar. 15. 9.

1. Cor. 11. 10.

Arctis de Confess. d'Etat det. 17. Avril 1661. & 24. Oct. 1668. Breve 1694. Breve 1694. Nov. 1690.

Yess. Libri, cui titulus Aug. Eccles. Romane doctrina, &c.

gustino traditæ, quam & Ecclesiæ Romanæ suam fecit, & Ecclesiæ Gallicanæ jam inde ab initio commendavit.

Nunc, ut ad alud fidei caput veniamus, ad Moralem scilicet Theologiam, his postremis temporibus pravi ingeniorum licentia, ac subtilitate corruptam, præmittenda patamus...

Neque vero fuit Sanctissimo Pontifici novam hanc methodum laudandæ conscientie, & involvendæ veritatis, hoc est ipsum aliud detaille fontem...

Atque utinam Sanctissimi Pontifices Decretorum formulis antiquo ac nostro usi receptis, quæque ad universas Ecclesias pertinent...

Sed enim incredibile dictu est, ex pessimis principii tota licet Ecclesiæ reluctante, quanta malorum incrementa provenirent...

CENSURA PROPOSITIONUM.

I. De observandis INNOCENTII X. & ALEXANDRI VII. Constitutionibus circa quinque Propositiones damnatas.

Tam tandem Ecclesiæ, & Regorum Principes ex hoc clarissimo argumento agnoscat, phantasma Janensium quantum ubique...

2. Constitutione Innocentii X. nihil aliud actum, quam ut renovarentur, atque excernerentur dispositiones...

vocisque verbis adhibitis, dat locum existimandi se non ausum esse clarius loqui, tanquam errare metuentem...

3. Aliquam huic malo medicinam attulisse videbitur Innocent. XII. in Brevis suo 6. Feb. 1694. Verum mitigationem illam præsumptam non parum extenuavit Brevis 24. Novemb. 1698. ubi Pontifex discrete negat...

CENSURA.

Ha quatuor Propositiones, quibus inquieti homines Innocentii X. & Alexandri VII. Constitutiones, Innocentii quoque XII. Brevia æquissima, & ab omnibus approbata aperte contemnunt...

II. DE GRATIA.

5. Axioma illud Theologicum; Facienti, quod in se est, Deus non denegat gratiam, non solum verissimum est, atque doctrinæ Scripturæ, Conciliorum, & Patrum maxime consentaneum...

CENSURA.

Ha duæ Propositiones, quæ parte causam discernendis inter justos, & non justos, & in opera mere naturalia referant, Semipelagianismum insinuant...

III. DE VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

DE FIDE.

7. Homo nullo unquam vitæ sue tempore tenetur credere actum Fidei, Spei, & Caritatis, ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pernentium.

CENSURA.

Ha duæ Propositiones sunt scandalosa, in praxi perniciosa, erroneæ, Fidei, & Evangelii obliuione inducunt...

CENSURA.

Hebr. 11. 1. Hac Propositio scandalosa est, perniciosa, & Apostolicam fidei definitionem evertit.

DE FIDEI PROFESSIONE.

10. Si a Potestate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum confuso, tacere, ut peccaminosum per se, non damno.

CENSURA.

Hac Propositio scandalosa est, Præceptis Evangelicis, & Apostolicis aperte contraria, & hæretica.

DE MOTIVIS CREDIBILITATIS.

11. Religio Christiana est evidenter credibilis; nam evidens est prudenter esse, quilibet eam amplectatur: non evidenter vera; nam ut obscure docet, aut que docet obscure sunt. Immo, qui sunt Religionem Christianam esse evidenter veram, fiteantur necesse est, istam evidenter esse. Infer hinc evidens non esse: Quod existit nunc in terris aliqua vera Religio: unde enim habes, non omnem carnem corruptissimam suam? 2. Quod omnium, quæ in terris existunt veræ similitudo sit Christiana: an enim terras omnes aut peragrasti, aut peragratis ad alios esse nosse? 3. Quod & Apostolus, & demones manifesta fuerit divinitus Christi id enim si docet, docere te oportet Christum manifeste Deum esse. 4. Quod asserunt Deo fusa sint Prophetarum oracula; quid enim mihi opponas, si vel negem illa fuisse vera vaticinia, vel asserim fuisse conjecturas? 5. Quod vera fuerint, quæ a Christo edita fuisse commemorantur miracula, quamquam negare hæc nemo prudenter potest.

CENSURA.

Doxtrina hæc Propositione contenta impia est, blasphema, erronea, & inimica Christianæ Religionis fæci.

12. Evidens non est evidentia morali, proprie dicta, & physica, Religionem Catholicam esse veram.

CENSURA.

Hac Propositio, doctrinam superiori Propositioni consentaneam continens, temeraria est, & in errorem inducens.

DE REBUS EXPLICITÆ FIDEI CREDENDIS.

13. Non nisi Fides unius Dei necessaria videtur necessitate mediis, non autem explicita Remuneratoris.

14. Fides hæc dicta ex testimonio creaturarum, similiter motivo ad justificationem sufficit.

15. Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiam per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

CENSURA.

Hebr. 12. 6. Ha tres Propositiones in Deum Remuneratorem, & in Actoris, 12. Christi Mediatoris nomen contumeliosa sunt, erronea, & hæretica.

IV. DE DEI DILECTIONE.

16. Sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretative: hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vitæ suæ moralis.

CENSURA.

Hac Propositio est hæretica.

17. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita elegerit, condemnare non audeamus.

18. Probabile est, ne singulis quidem rigorose quinque mensibus, per se obligare præceptum caritatis erga Deum.

19. Tunc solum obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possimus.

20. Præceptum amoris Dei per se tantum obligat in articulo mortis.

21. Præceptum affirmativum amoris Dei, & proximi non est speciale, sed generale, cui per aliorum præceptorum adimpletionem satisficit.

22. Licet procure abortum ante animationem factum, ne puella deprehensa gravida occidatur, sit infamatum.

23. Videtur probabile, omnem factum, quando in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere cum paritur, & consequenter dicendum, in nullo abortu homicidium committi.

CENSURA.

Ha Propositiones sunt scandalosa, perniciosa, plurimum aurium offensiva, erronea, & impia; primum & summum Mandatum irritum faciunt, atque Evangelicæ Legi spirituum extinguunt.

V. DE PROXIMITATE DILECTIONE.

22. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formaliter. Præcepto proximum diligendi satisficere, & 12. re possumus per solos actus externos.

23. Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali, de vita aliquam trahere, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.

24. Licetum est absolute desiderio cupere mortem patris, non quidem, ut malum patris, sed ut bonum cupientis; qui nimirum ei obveniat id pinguis hereditatis.

25. Injuriarum condonatio commendatur nobis, ut quid perfectius, sicut commendatur virginitas præ conjugio.

CENSURA.

Harum Propositionum doctrina scandalosa, & perniciosa est, plurimum aurium offensiva, & secundo caritatis præcepto contraria, respectivo hæretica, & omnem vel in ipsi parentibus, & liberis humanitatis sensum extinguens.

VI. DE FESTIS.

26. Præceptum servandi Festa non obligat sub mortali, sepelito scandalo, si absit contemptus.

CENSURA.

Hac Propositio est scandalosa, ad violandas Leges, tum Civiles, tum Ecclesiasticas, vel etiam Apostolicas viam aperit, ac proinde Superiorum auctoritate prohibenda.

VII. DE HOMICIDIO.

27. Licetum est filio gaudere de parricidio parentis a se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hereditate consecutas.

CENSURA.

Hac Propositio est falsa, scandalosa, execranda, pietatis erga parentes contraria, viam crudelitatis, & avaritiæ aperit.

28. Est licitum Religio, vel Clerico, calumniam graviam crimina de se, vel de sua religione spargere in tantum occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit parvus vel ipsi Religioni, vel ejus Religioni publicæ, & coram gravissimis viris predicta impingere, nisi occidatur.

29. Licet interficere filium aculeatorem, filios testes, ac etiam iudicem, a qua iniqua certo imminet sententia, si illa via non potest innocens damnus evitari.

CENSURA.

Ha duas Propositiones sunt scandalosa, erronea, Decalogi aperte repugnant, cadibus patrocinantur, & Magistratibus, ipsique humane societati perniciem intentant.

30. Non peccat maritus occidendi propriam auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.

CENSURA.

Hac Propositio est erronea, crudelitatem, privatumque vindictam approbat.

31. Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. idem quoque dicendum, si quis impingat slapam, vel fultu percussit, & post impactum slapam, vel idem fultus fugiat.

CENSURA.

Hac Propositio est scandalosa, erronea, mundano honoris feris, ultionem, & homicidia excusat.

32. Licet procure abortum ante animationem factum, ne puella deprehensa gravida occidatur, sit infamatum.

33. Videtur probabile, omnem factum, quando in utero est, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere cum paritur, & consequenter dicendum, in nullo abortu homicidium committi.

CENSURA.

267. Propol. 6. Testull. Apolog. c. 5.

Ha Propositiones sunt scandalosa, erronea, infandis homicidiis, & parricidiis procurandis apta: Homicidium enim festinatius est prohibere nãsi nec refert natam quis eripiat animam, aut nascentem dicitur nec.

34. Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius auri.

35. Licitum est tam heredi, quam legatario, contra injuste impediendum ne vel hereditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere. (defensione occisiva:) sicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam, contra eorum possessionem injuste impediendum.

36. Non solum vita, sed etiam bona temporalia; quorum jactura esse damnus gravissimum, licitum est defensione occisiva defendere. . . fatemur rariis licitum esse Ecclesiasticis. . . si tamen aliquando futurum contingat tale malum, (ideest gravissimum damnus,) etiam ipsi licitum erit, bona ista cum occasione furis defendere.

CENSURA.

Ha Propositiones Legi Dei, & ordini caritatis divinitus instituto contrariae sunt, & perniciosa, & erronea.

37. Quando quis decrevit te occidere, & hoc alicui manifestavit, fed nondum cepit id exequi, potes eum prævenire (occidendo) si aliter non potes efigere: ut si maritus pugionem habet sub cervicali ad occidendam noctu conjugem; si quis venenum tibi propinandum paraverit; si Rex unus adversus aliam classem adonari.

38. Si arma quidem necum paravit, sed habet tantum decretum firmum, & efficacit te occidendi, quod tibi revelatione divina, vel manifestatione confidetur amicus facta innotescat, potes prævenire: quia per istud decretum, etiam pure internum, sufficienter censetur esse aggressor.

CENSURA.

Doctrina his duabus Propositionibus contenta, Juri naturali, divino, positivo, & gentium contraria est, nefanda, cadibus, & sanissimo viam ferens, societatis humane perturbativa, Regibus quoque præsumptivum periculum creat.

39. Ubi est scripta expressa permissio a Deo, ut Reges, & Respublice possint interficere reos? an est in Scriptura? an in Traditione? Est ne fidei articulus? Si solo lumine naturali eo decimur parere ut ex eodem lumine naturali judicemus, quid simile cuique privato licet, in occidendo aggressore non solum vitæ, verum etiam honoris, & rei.

CENSURA.

Doctrina hæc Propositione contenta, & illata, scandalosa est, erronea, & hæretica, Regibus, & Rebus publicis injuriosa, vanis rationibus, & regulis vitam hominum, & Morum decreta subvertens.

VIII. DE DUELLO.

40. Vir equestris ad duellum provocatus, potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

41. Potest etiam duellum offerre, si non aliter honori consulere possit.

CENSURA.

Doctrina his Propositionibus contenta, falsa est, scandalosa, contraria Juri divino, & humano, & Ecclesiastico, quam Civili, immo & naturali.

IX. CIRCA CASTITATEM.

42. Tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solum esse malam, quia interdita; ut contrarium omnino rationi dissonum videtur.

43. Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in Confessione dicere, se esse fornicatum.

CENSURA.

Doctrina his Propositionibus contenta, scandalosa est, perniciosa, castitatem, & plurimum aurium offensiva, & erronea.

44. In hac vi, & metu infamiae, mortificæ, poterat Sufanna dicere: Non consentio actui, sed patiar, & tacebo, ne id vel non fiebat, vel non cogitabat: sic enim honeste castitæque virginis putant se esse reas, sequæ consentientiam. . . non clamore, manibus, totisque viribus resistant. . . Possidet Sufanna in tanto periculo infamiae, & mortis, negative se habere, ac permittere in se eorum libidinem, modo interno actu in eam non consentisset, sed . . . Nat. Alex. Theol. Tom. II.

eam detestata, & execrata fuisset; quia minus bonum est vita, & fama, quam pudicitia: unde hæc pro illa exponere licet.

CENSURA.

Hac Propositio temeraria est, scandalosa, castitatem aurium offensiva, erronea, & Legi Dei contraria.

X. DE FURTO, TURPI LUCRO, ET JUDICUM CORRUPTELIS.

45. Permissum est furati non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

CENSURA.

Hac Propositio quatenus furtum permittit in gravi necessitate, falsa est, temeraria, & Republicæ perniciosa.

46. Famuli, & famula domestica possunt occulte heris suis furripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod respiciunt.

CENSURA.

Hac Propositio falsa est, furis viam aperit, & famule famulam fidem labefactat.

47. Potest uxor viro furripere pecuniam, etiam ad ludendum, si mulier talis sit conditionis, ut ludus honestus pari loco cum alimentis, ac victu habeatur.

CENSURA.

Hac Propositio temeraria est, scandalosa, & familiarium pacem perturbat. Quod autem de ludo alimentis apparatus additur, furis iniquitatis passus fallendi appetit adjuvante; & in vitam humanam necessitates inducit a Christiani simplicitate, & honestate abhorrentes.

48. Non tenetur quis sub pena peccati mortalis restituere, quod ablatum est per paucos furtis, quantumcumque sit magis summa totalis.

CENSURA.

Hac propositio est falsa, perniciosa, & furta vitium gratia approbat.

49. Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnus tertio, non tenetur ad restitutionem illius damni illati.

50. Etiam si donatario perfectum sit bona sibi donata a quopiam, ea mente, ut creditores frustraret, non tenetur restituere, nisi eam donationem suaverit, vel ad eam induxerit.

CENSURA.

Ha Propositiones falsæ sunt, temerariae, fraudulentiæ, & dolis patrocinantur, & justitiæ regulis repugnant.

51. Incantatores, alique ejusmodi deceptores (Magi, Astrologiae judicariæ professores, Arioli, Confectores) ex pessimis quibusque artibus captantes lucrum, licite servare possunt bona his artibus acquisita.

CENSURA.

Hac Propositio intellecta de predictis falsis, ac deceptoribus artibus, falsa est, temeraria, severandis fallaciis etiam diabolici idonea.

52. Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest Juxex pecuniam accipere pro terenda sententia in favorem unius præ alio.

53. Possunt Judices accipere pecuniam a litigantibus, nec tenentur restituere, quæ acceptæ ad pronuntiandum sententiam injustam.

CENSURA.

Ha Propositiones falsæ sunt, perniciosa, verbo Dei contraria, & Judicium corruptelas inducunt.

XI. DE USURA.

54. Contractus Mohatra (ideest ille contractus, quo a mercatore res minore pretio ad certum tempus solvendo distraduntur ac statim ab eodem, stante eo contractu, minore pretio, præsepe pecunia redimuntur,) licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis prævia initio, cum intentione lucri.

55. Cum numerata pecunia præiorum sit numeranda; & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam presentem quam futuram, potest creditor aliquid ultra fortem a mutuo, p. 25. Conf. Guim. p. 8.

56. Usura non est, dum ultra fortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum: sed solum si exigatur tanquam ex justitia debitum.

H h h h 57. Li.

17. Licetum est mutuanti aliquid ultra fortem exigere, si se obliget ad non repetendam fortem usque ad certum tempus.

18. Tam licet ex alienatione per aliquot annos censum annuum exigere, quam licet exigere censum perpetuum ex alienatione perpetua.

CENSURA.

Ha Proposiciones, in quibus mutato tantum mutui, & Usura nomine, licet res eadem recidat, per falsas venditiones, & alienationes, simulatasque societates, aliisque ejusmodi artes, & fraudes, vis divina Legis eluditur doctrinam continent falsam, scandalosam, cavillatoriam, in praxi perniciosam, palliativam usurarum, verbo Dei scripto ac non scripto contrariam, jam a Clero Gallicano reprobata, Concilio, ac Pontificum Decretis saepe damnata.

19. Usura etsi esset prohibita Judaeis, non tamen Christianis, Lege veteri in judicialibus praecipis abolita per Christum.

CENSURA.

Ha Proposio verbo Dei contraria est, nova legis perfectionem, & genium omnium in Christo adunatarum fraternitatem tollit.

XII. DE FALSO TESTIMONIO, MENDACIO, ET PERJURIO.

60. Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res levis, sive sit gravis.

61. Qui jurandi intentionem non habet, licet falso juret, non pejerat, etsi alio crimine teneatur, puta mendacii alicujus.

62. Qui jurat cum intentione non se obligandi, non obligatur ex vi juramenti.

CENSURA.

Ha Proposiciones sunt temerariae, scandalosa, perniciosa, bona fidei illudentes, & Deologo contraria.

63. Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive proprio sponte, sive recreationis causa, sive quocunque alio sine jure se non fecisse aliquid, revera fecit, in tra se aliquid, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitus, nec est perjurus.

64. Causa iusti utendi his amphigiis est quoties id necessarium, aut utile ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censetur tunc expediens, ac studiosa.

CENSURA.

Ha Proposiciones temerariae sunt, scandalosa, perniciosa, illusoria, erronea, mendacis, fraudibus, & perjuriis viam aperient, & sacris Scripturis adversantur.

65. Qui mediante commendatione, vel munere, ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali praestare juramentum, quod de mandato Regis a similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis; quia non tenetur fateri crimen occultum.

CENSURA.

Ha Proposio scandalosa est, perniciosa, patrocinatur humanae ambitioni, perjuriam excusat, publica potestati contra Dei mandatum adversatur.

66. Patriarchae, & Prophetae, Angeli, ipse Christus; nedum viri iusti, & sancti, aequivocationibus, sive amphibologiis, & restrictionibus mentalibus usi sunt.

CENSURA.

Ha Proposio scandalosa est, temeraria: mystice, parabolice, sive economica ad insinuandam altius veritatem dicta, vel tacita, cum vulgaribus gestis confundit: SS. Patrum alia ludibrio vertit, ipsi etiam Angelis injuriosa, erga Christum contumeliosa, & impia.

XIII. DE CALUMNIA.

67. Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat, & si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

CENSURA.

Hujus Proposicionis doctrina falsa est, temeraria, scandalosa, erronea, spatiofam calumniatoribus, & impostoribus portam aperit; & clare detegit, quam nefaria placitum probabilitatis nomine inducantur.

XIV. DE ADJUVANTIBUS AD FLAGITIA.

68. Annulus, qui submissis humeris scienter adjurat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandam virginem, & multoties eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne a domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

CENSURA.

Ha Proposio scandalosa est, perniciosa, verbis Dominici, & Apostolici aperte contraria, & haetica. Quam enim dabit homo commutationem pro anima sua? & Digni sunt morte, non solum qui ea faciant, sed etiam qui consentiunt scientibus.

XV. DE SIMONIA, ET BENEFICIIS CONFERENDIS.

69. Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia conferens illa Beneficia Ecclesiastica, pecunia interveniente, non exigit illam procolatione Beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

70. Dare temporale pro spirituali non est simonia; quando temporale non datur tanquam pretium, sed datur tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale; vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut e contrario.

71. Et id quoque locum habet, etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale, immo etiam si finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud plus aestimetur, quam res spiritualis.

CENSURA.

Ha Proposiciones temerariae sunt, scandalosa, perniciosa, erronea: haesim simoniacam, sacra Scriptura Canonibus, & Pontificis Constitutionibus reprobata, mutato tantum nomine, per fallacem mentis, sive intentionis directionem inducunt.

72. Cum dixit Conc. Trid. Eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui non, quos digniores, & Ecclesiae magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesiam promoveantur Concilium, vel primo videatur per hoc, digniores, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo: vel secundo, locutione minus propria, ponit, digniores, ut excludat indignos, non vero dignos: vel tantum loquitur tertio, quando fit concursus.

CENSURA.

Ha Proposio Concilio Tridentino contraria est, Ecclesiae utilitati, ac saluti animarum, qua a Pastorum delectis praecipue pendet, adversatur.

XVI. DE MISSA SACRIFICIO, ET SACRA COMMUNIONE.

73. Satisfacit praecipue Ecclesiae de audiendo sacro, qui duas ejus partes, immo quatuor, simul a diversis celebrantibus audit.

CENSURA.

Ha Proposio absurda est, scandalosa, illusoria, communique Christianorum sensui repugnat.

74. Eidem praecipue satisfacit per reverentiam exteriorem tantum, animo licet voluntarie in aliena, immo & prava cogitatione delecto.

75. Praecipue Communionis annuaz satisfacit per sacrilegam Corporis Domini manducationem.

CENSURA.

Doctrina his duabus Proposicionibus contenta, temeraria est, scandalosa, erronea, impietatis, & sacrilegio favet, & praecipue Ecclesiae illudat.

76. Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota praedestinationis.

CENSURA.

Ha Proposio temeraria est, scandalosa, erronea, impia, & sacris litteris contraria.

XVII. DE MISSA PAROCHIALI.

77. Nullus in foro conscientiae Parochiae suae interesse tenetur, nec ad annum Confessionem, nec ad Missas Parochiales, nec ad audiendum verbum Dei, divinitus legem,

legem, fidei rudimenta, morumque doctrinam, quae ibi in Catechibus annuntiantur, & docentur.

78. Tale legem in hac materia, nec Episcopi, nec Concilia Provinciarum, nec Nationum sancire: nec delinquentes aliquibus poenis, nec Ecclesiasticis, Censuris multare possunt.

79. Plebs virtute Concilii Tridentini cogi non potest Confiteri, & poenis Ecclesiasticis, ut est ad suam Parochiam diebus Dominicis ad audiendam Missam (Parochialem scilicet.)

CENSURA.

Ha Proposio doctrina, falsa est, temeraria, scandalosa, jam a Clero Gallicano graviter condemnata, sacris Canonibus, Concilio Tridentino, & Apostolica Traditione contraria, dicente Apostolo: Non deferentes collectionem nostram, sicut consecueudinis est quousdam.

XVIII. CIRCA CONFESIONEM SACRAMENTALEM.

80. Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instantis periculum vitae, aut ob aliam causam, non teneantur in sequenti Confessione exprimere.

CENSURA.

Ha Proposio est temeraria, erronea, & Confessionis integritati derogat.

81. Qui facit Confessionem voluntarie nullam, satisfacit praecipue Ecclesiae.

CENSURA.

Ha Proposio temeraria est, erronea, sacrilegio favet, & praecipue Ecclesiae illudat.

82. Mandatum Concilii Tridentini factum Sacerdoti sacrificium ex necessitate cum peccato mortali, consentiens quamprimum, est confitendum, non praecipuum. Illa particula, quamprimum, intelligitur, cum Sacerdos sua tempore confitebitur.

CENSURA.

Ha Proposio est falsa, perniciosa, apertum Concilii Tridentini Decretum intervertit.

83. Non tenetur Confessor interrogari faceri peccati alicujus confitendum.

84. Licet sacramentaliter absolvere dimidiate tantum confesos, ratione magis concursus penitentium, quibus v. g. potest contingere in die magnae alicujus Festivitatis, aut Indulgentiae.

CENSURA.

Doctrina his duabus Proposicionibus contenta, falsa est, temeraria, in errorem inducit, sacrilegio favet, Christiana simplicitate, Ministrorum Christi iudicaria potestati, Confessionis integritati, atque ipsius Sacramenti institutioni, ac sine derogat.

XIX. CIRCA DISPOSITIONES, ET ABSOLUTIONEM PENITENTIS.

Circa occasiones proximae.

85. Probabile est, sufficere Attritionem naturalem, modo honestam.

CENSURA.

Ha Proposio est haetica.

86. Attritio ex metu gehennae sufficit, sine ulla dilectione Dei, sive sine ulla ad Deum officium respectu, quia talis honesta, & supernaturalis est.

CENSURA.

Ha Proposio, quae a dispositionibus ad Absolutionem excludit quilibet ad Deum offensam respectus, temeraria est, scandalosa, perniciosa, & in haesim inducit.

87. Concilium Tridentinum adeo expresse definit, Attritionem, quae non vivificet animum, atque supponatur sine amore Dei esse, sufficere ad absolutionem, ut anathema pronuntiet adversus negantes,

CENSURA.

Ha Proposio falsa est, temeraria, Concilio Tridentino aperte contraria, & in errorem inducit.

88. Penitentis habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturae, ac Ecclesiae, etiam emendationis spes non habet.

nulla appareat, nec est deneganda, nec differenda Absolutio, dummodo ore proferat se dolere, & proponere emendationem.

CENSURA.

Ha Proposio est erronea, & ad finalem impenitentiam ducit.

89. Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quin immo directe, & ex proposito querit, aut ei se ingerit.

90. Proximi occiso peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit: unde non est obligandus concubinaris ad ejiciendam concubinam; si haec nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarum, dum deficiente illa nimis aegre vitam gereret, & aliae epulae concubinarum tanto magno afficeret, & alia famula nimis difficile inveniretur.

91. Licetum est querere directe occasionem proximam peccandi, pro bono spirituali, vel temporali, nostro, vel proximi.

CENSURA.

Ha Proposiciones scandalosa sunt, perniciosa, haetica, aperte repugnantes praecipio Christi jubentis manum, pedem, oculum quoque dextrum scandalizantem abscindere, & projicere.

XX. DE JEJUNIO.

92. Rangens jejunium Ecclesiae, ad quod tenetur, non peccat mortaliter nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subijcere praecipio.

93. In die jejunii, qui sapius modicum quid comedit, est notabilem quantitatem in sine comedit, non frangit jejunium.

94. Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

95. Excusantur absolute a praecipio jejunii omnes illi, qui iter agunt equitatum, utcumque iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei consistat.

CENSURA.

Doctrina his quatuor Proposicionibus contenta, falsa est, temeraria, scandalosa, perniciosa, Ecclesiasticum mandatorum incuriam inducit, jejunii regis pravi artibus eludit.

XXI. DE INTEMPERANTIA.

96. Comedere, & bibere usque ad satietatem, ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obstat valetudini; quia licite potest appetitus naturalis suis actibus frui.

CENSURA.

Ha Proposio temeraria est, scandalosa, perniciosa, erronea, & ad Epicuri scholam obliganda.

XXII. DE HORIS CANONICIS.

97. Relictio a S. Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam iudicis, eo quod sit poena.

98. Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquis Horis, ad nihil tenetur; quia major pars trahit ad se minorem.

CENSURA.

Ha Proposiciones falsa sunt, temeraria, cavillatoria, ac praecipue Ecclesiasticis illudant.

99. Praecipue satisfacit, qui voluntarie labis tantum, non autem mente orat. Respondet me toto hebdomada, toto mense, toto anno legisse (Horas) sine culpa venialis; & me non peccavisse venialiter tam certo scire, ut possim juramento firmare. Homo sum... distractiones non evito, involuntarius milites, interdum etiam voluntarias; & nihilominus nullo crucior scrupulo, nullo dubio angor; quia prudenter suppono, me ad attentionem internam non teneri: eam habere bonum esse, & ea carere ne quidem leve esse culpam; me ad lectionem tantum, & attentionem externam obligari.

CENSURA.

Ha Proposio est absurda, verbo Dei contraria, hypochristum inducit a Proposio, & a Christo damnata, his verbis: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me.

XIII. DE JURISDICTIONE, ET REGULARIBUS.

100. QUI Beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

CENSURA.

Hac Propositio est falsa, temeraria. Concilio Tridentino contraria. 101. Mendicantes possunt absolvi a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

102. Satisfacit precepto annue Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo presentato, sed ab eo injuste reprobat. 103. Regulares possunt in foro conscientie uti privilegiis suis, quae sunt expresse revocata per Concilium Trid.

CENSURA.

Doctrina his Propositionibus contenta, falsa est, temeraria, scandalosa, erronea, in haeresim & schisma inducens, Concilio Trid. contraria; Ecclesiastica Hierarchia deservit, invalidis Confessionibus viam aperit, jam olim a Summis Pontificibus, & a Clero Gallicano damnata.

105. In Ministro Penitentiae requiritur etiam approbatio Ordinarii, quae potest limitari, sed non revocari sine causa. 106. Minister Penitentiae approbatus in una Diocesi, etiam habet suam Jurisdictionem immediate a Papa, non potest tamen in altera, sine Diocesani Episcopi approbatione, audire penitentes, saltem in loco, ubi adest Diocesanus Episcopus.

CENSURA.

Doctrina his Propositionibus contenta, quatenus negat approbationem revocari posse sine causa, tamque esse necessariam in loco, unde abest Diocesanus Episcopus, falsa est, temeraria, & Episcoporum iura laesiva.

107. Vi Concilii Trid. approbatio unius Episcopi sufficit pro universis Ecclesiis, id est, approbatus ab uno Episcopo potest ubique absolvi, modo Jurisdictionem habeat, & ad eam accipiendam sufficit, vi Concilii Trid. unius Episcopi approbatio.

108. Religiose exemptae possunt absolvi a Sacerdote non approbato ab Episcopo, sive Sacerdos ille sit Secularis, sive Regularis.

CENSURA.

Hac Propositio falsa sunt, temeraria, a Concilio Tridentino aliena, Jurisdictioni Episcoporum, & Ecclesiasticae Disciplinae contraria.

XXIV. DE LEGIBUS PRINCIPUM, EORUMQUE POTESTATE.

109. Populus non peccat, etiam si absque ulla causa non recipiat legem a Principe promulgatam. 110. Subditi possunt iusta tributa non solvere.

CENSURA.

Hac Propositiones scditiosa sunt, Apostolica Doctrina, ac dictis Dominice aperte contradicunt.

XXV. DE ELEEMOSYNA.

111. Vix in secularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui, & ita vis aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo status.

CENSURA.

Hac Propositio est temeraria, scandalosa, perniciosa, erronea, Evangelicum de Eleemosyna preceptum pessundat.

XXVI. DE OB DURATIS.

112. Si peccatores consummatate malitiae, cum blasphemant, & flagitiis se immergunt, non habent conscientiae stimulos, nec mali, quod agunt, notitiam, cum omnibus Theologis propugno eos huic actionibus non peccare.

CENSURA.

Hac Propositio falsa est, temeraria, perniciosa, bonae morum corruptio, blasphemus, alioque peccata excusant, & ut talis a Clero Gallicano jam damnata est.

XXVII. DE PECCATO PHILOSOPHICO.

113. Peccatum philosophicum, seu morale, est actus humanus disconveniens naturae rationali, & recte rationi. Theologicum vero, & morale est transgressio libera divinae legis. Philosophicum quantumvis grave, in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque aeterna poena dignum.

CENSURA.

Hac Propositio scandalosa est, temeraria, piarum animarum offensiva, & erronea.

XXVIII. DE PECCATO MORTALI.

114. Leraque peccata, de quibus ait Apostolus, quod qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt, & quae expresse advertebantur preceptis Decalogi, mortalia dici possunt. . . quoniam . . . horum facinorum rei aut amittere omnem caritatis sensum, aut eorum retinent, ita ut ipsis omnino domineur cupiditas.

115. Id tamen intellere possit, adhibito eo temperamento, ut qui plane repugnant, ac velut invita illi perpetrassent, aut gravis mali impendentes metu, aut zelu libidinis abrepti, ita ut ab illis angustius liberati acri dolore tangenter ob commissum peccatum, tam certo animarum non potest, excidisse illos gratis, aut incurrisse poenam damnationis; quantum enim hoc momento dominata sit cupiditas brevis, & transitoria, potuit esse eiusmodi dominatio, qui voluntatis intima dispositio non mutatur. . . Hoc temperamentum naturaliter consequitur ex doctrina S. Aug.

CENSURA.

Hac Propositiones quae divina caritatis habitum docent, aut significant posse consistere cum peccatis adversus Decalogum, ac de quibus ait Apostolus, quod qui talia agunt regnum Dei non possidebunt, falsa sunt, perniciosa, erronea, verbo Dei contraria; Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate. . . aut, quae conventio Christi ad Belial? Ad excusanda, & imminuenda culpas generis peccata viam aperiunt, & imponunt S. Aug.

XXIX. DE COGITATIONIBUS, SIVE DELECTATIONIBUS MOROSIS.

116. In inferre debemus, cum consensum, qui praebetur suggestionibus pravis, cum tendit ad delectationem cogitandi tantum de re illicita, puta de ulciscenda injuria; secundum S. Aug. non esse aliud quam veniale peccatum, licet ipse ultionis actus, cujus cogitatione animus delectatur, sit pessimus, & certissimum mortale peccatum.

CENSURA.

Hac Propositio quilibet cogitationes, & delectationes, quas morosas vident, regulariter imputans peccato veniali tantum, falsa est, temeraria, scandalosa, in praxi perniciosa, concupiscentiam fovet, in tentationem, & in gravius peccatum inducit, contraria, & injuriosa S. Aug.

XXX. DEREGULA MORUM, ET PROBABILITATE.

117. Puto omnia esse hodie melius examinata, & hanc ob rem in omni materia, & praecipue in morali libertatis juniores, quam antiquiores lego, & sequor. . . Doctrinae fidei a veteribus, doctrinae morum magis a junioribus petenda.

CENSURA.

Hac Propositio temeraria est, scandalosa, perniciosa, erronea, SS. Patribus, & antiquis Doctoribus inculpata, spreto in moribus Christianorum componentis necessaria scripturarum, ac Traditionis auctoritate, & interpretatione, Moralem Theologiam arbitrariam facit, viamque parat ad humanae traditiones, & doctrinas, Christo prohibente, stabilendas.

118. Ex auctoritate unius tantum potest quis opinionem in praxi amplecti, licet a principis intrinsecis fallam, & improbabilem existimet.

119. Hac propositio, Sexdecim ad probabilitatem requiruntur, non est probabilis, Si sufficiunt sexdecim, sufficienter qua.

quatuor: si sufficiunt quatuor: sufficit unus. . . Ad probabilitatem sufficiunt quatuor: sed quatuor, immo viginti, & supra testantur unum sufficere: ergo sufficit unus.

CENSURA.

Hae Propositiones falsa sunt, scandalosa, perniciosa, spreto veritate quaestiones morum ad numerum auctorum exigunt, & innumeris corruptelis viam aperiunt.

120. Si liber sit alicujus junioris, ac moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non consistat rejectam esse a Sede Apostolica tanquam improbabilem.

121. Non sunt scandalosae, aut erroneae opiniones, quas Ecclesia non corrigat.

CENSURA.

Hae Propositiones, quatenus silentium, & tolerantiam pro Ecclesia, vel Sedis Apostolicae approbatione statuunt, falsa sunt, scandalosa, saluti animarum noxia, patrocinantur pessimis opinionibus, quae identidem temere oberrantur, atque ad Evangelicam veritatem iniquis praedictis opprimendam viam parant.

122. Generatum dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo a probabilitatis finibus non exeat, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

CENSURA.

Hac Propositio falsa est, temeraria, scandalosa, perniciosa, novum morum regulam, novumque prudentiae genus in Scripturarum, aut traditionis fundamentum, cum magna animarum pericula statuit.

123. Si quis vult sibi consili fecundum eam opinionem, quae sit faventissima, peccat, qui non secundum eam consiliat.

CENSURA.

Hac Propositio, quae docet blanda, & adulteraria consilia, & contra sua exquirere, & contra conscientiam dare, falsa est, temeraria, scandalosa, in praxi perniciosa, viamque deceptioibus aperit.

124. Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore: nisi id vetet Lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi: hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione Baptismi, & Ordinis Sacerdotialis, aut Episcopalis.

125. Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.

126. Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, dum opinio minus probabilis.

127. In morte mortaliter non peccat, si cum Attritione tantum Sacramentum suscipiat, quantumvis actum Contritionis tunc omittat libere: licet enim unicuique sequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliori.

CENSURA.

Doctrina his Propositionibus contenta, est respectiva falsa, absurda, perniciosa, erronea, probabilitatis pessimum fructus.

DECLARATIO DE DILECTIONE DEI

in Penitentiae Sacramento requisita.

1. POF absolutas Propositionum Censuras, superflue quaedam pro rei gravitate nucleatis exponenda, & ab ipsis principis in apertam lucem deducenda.

2. Et quidem de dilectione Dei, sicut ad Sacramentum Baptismi in adultis, ita ad Sacramentum Penitentiae, quae est laboriosus Baptismus, requisita, non necessariam doctrinam omittimus, haec duo in primis ex sacrosancta Synodo Tridentina monenda, & docenda esse duximus. Primum, ne quis putet in utroque Sacramento requiri, ut praevious Contritionem eam, quae sit Caritate perfecta, & quae cum voto Sacramenti, antequam actu suscipiatur, hominem Deo reconciliet. Alterum, ne quis putet in utroque Sacramento securum se esse, si praeter Fidei, & Spei Actus, non incipiat diligere Deum tanquam omnium iustitiae fontem.

3. Neque vero satis adimpleri potest utriusque Sacramento necessarium vitae novae inchoanda, & servandi mandata divina propostum, si penitens primi, ac maximi mandati, quod Deus toto corde diligat, nullam curam gerat; nec sic saltem animo ita praeparato, ut ad illud exequendum, divina opitulante gratia, se se exciet, ac provocet.

Placet etiam caveri a Sacramento Penitentiae Administris, a Prop. In ne in hoc Penitentiae Sacramento, alioque Sacramenti con-nocent. XI. ferendis, sequantur opinem probabilem de valore Sacra- S. Aug. l. 7. menti, relicta tutiore, neve Penitentes ipsorum fidei ani- contra Do- mam suam committentes admonere cessent, ut in peniten- nant. c. 3. tiam inchoate saltem dilectionis Dei inessant viam, quae sola secura sit, graviter peccaturi in hoc falus discrimine, vel eo solo, quod caris incerta proponant.

DD OPINIONUM PROBABILIUM USU.

1. Abit vero, ut probemus eorum errorem, qui negant licere sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam; sed ad rectum usum probabilitatis opinionum, has Regulas a Jure praescriptas agnoscimus. Primum, ut in dubiis de saluti negotio, ubi aequalia utrinque animo se fe offerunt rationum momenta, sequamur id, quod tutius, si- ve quod est eo in casu unice tutum: neque id confilii, sed praecepti loco habeamus, dicente Scriptura, Qui amat periculum, in illo peribit: haec prima regula. Altera, ut circa probabiles de Christiana Doctrina sententias sequamur id, quod Viennense oecumenicum Concilium circa infaus tam parvulis, quam adultis in Baptismo virtutes decrevit his verbis, Nos hanc opinionem . . . tanquam probabilis- rem, & dictis sanctorum, ac Doctorum modernorum Theo- logia magis consonam, & concordem . . . duximus Theo- dam. Quod Concilii iudicium eo magis ad regendos mo- res pertinere conitat, quo magis ex ipsis Fidelium sanctitas, ac salus pendet.

2. Ex hac igitur Regula sic consequens, primum, ut in rebus Theologicis ad Fidei, & Morum dogmata spectanti- bus, Theologos quidem etiam modernos audiamus, si tamen consonas Sanctis Patribus tradant sententias. Deinde, ut si ab eis recedant, harum opinionum inhiibeatur cursus, nedum earum aliqua ratio habeatur, aut ulla eis tribuatur auctori- tas. Denique, ut nemini liceat eligere eam sententiam, quam non veritati magis consentaneam duxerit.

3. Quod ergo in praxi eam nobis liceat sequi sententiam, quam nec ipsi ut probabiliorum eligendam iudicemus, hoc novum, hoc inauditum, hoc certis, ac notis Auctoribus postremo demum saeculo proditum, & ab iisdem pro regu- la morum positum, repugnat huic edito a Patribus celebra- to, Quod ubique, quod scripsit, quod ab omnibus; nec habere potest Christianae Regulae securitatem.

4. Hoc initium infortium esse, atque omnium antedictarum corruptelarum caput, & doctrinae confectio, & fides rem- potum ostendit. Hoc ab Antecessoribus nostris vixit for- titibus, ac religiosis consensio notatum; hoc sepe reprehensi- sum, hodieque reprehendi nullo incaute, imo bonis pro- bantibus, dicitur nemo potest.

5. Nos quoque iis de causis, has novas sententias, in salutis negotio periculosas, re diligenter inspecta, summa ope caveri, ac prohiberi oportere censuimus, ac conse- mus. Placet autem illa prudentia, ut ante omnia custodiamus, & in tuto colloceamus id, quod Unum est necessarium, Luc. 10. 24. sitque illud dominicum, Estote prudentes sicut serpentes, Mat. 10. 16. qui profecto, quod praecipuum est, capiti, sibi consulunt; neque quantum in dubio lapsi ad seculum proficiat, nisi ipso dubio, non ad nutum voluntatis, aut ex cupiditatis instinctu, sed ex recta ratione deposito, dicente Scriptura: Rationabile obsequium vestrum: & iterum; Sapientis timor, Rom. 12. 11. & declinat a malo, saltem transiit, & consistit: postre- mo audiat Apostolicum illud: Omnia probate; quod bo- num est, tenete: & iterum: Omne, quod non est ex fide, id est ex conscientia, sive ex perfectione, peccatum est: denique Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, non aliorum atque, sed ipsorum, & sua.

ADMONTIO, ET CONCLUSIO.

1. Admonemus autem Compresbyteros nostros, sive Saecu- lares, sive Regulares, quatenus Episcoporum auctori- tate vel verbum Dei predicant, vel Sacramenta admini- strant: Ne ullo unquam tempore viam salutis, quae sit prima veritas: Deus, cuius verba in aeternum permanent, autum esse desinunt, in animarum perniciem dilatare, seu veritas perverti sinant, plebemque Christianam ab ejusmodi spatio, laetique, per quam viam ad perfectionem, via, in vitam sempiternam evocent. Quae Christi verba ab Alexandro VII. inculcata, alte animis inhiere optamus, & oramus, speramusque in Domino, fore ut quicunque hactenus la- xiores illas sententias, nulla certa ratione, sed alii alios secuti docuerant, docere ipsis jam desinant; quippe quos & Episcopi, ipsique Romani Pontifices reprehendant, Hae- tici vero, immerito illi quidem, sed tamen pro more suo Ecclesiae impudent, atque invidiae verant: filii quoque fa- culi, ut vanas rideant. Quare insem. Deoque & homi- nibus exofam sophisticem aliquando averfati, auctore Sancto Hieronymo, ad recta se conterant: Ut qui prius populum blandimentis decipiebant, postea vera annuntians deterrere illa ve ba. Hae dicit Dominus, & qui causa erroris fuerant, incipiant meliori vulneribus, que inulerunt, & de.

esse ecclesie sanitatis. Datum in Palatio Regio San Germano, in Comitibus Generalibus Cleri Gallicani, die quartae mensis Septembris anno millesimo septingentesimo. Sic signatum in originali.

- L. A. Card. de Noailles, Arch. Parisiensis, Praefes.
Carolus M. Arch. Dax. Rheimensis.
Aana, Arch. Auxitanus.
Armandus, Arch. Viennensis.
Leo P. P. Arch. Bituricensis.
Armandus, Arch. Burdigalensis.
J. Benignus, Episc. Meldensis.
Henricus, Episc. & Comes Cabilonensis.
Joannes Baptista Episc. Rhedonensis.
Carolus, Episc. Massiliensis.
Henricus, Episc. Montifalbanus.
Henricus, Episc. Cadurcensis.
Carolus, Episc. Glandatenensis.
Josephus Ignatius, Episc. Aptensis.
Ludovicus, Episc. Sagienensis.
D. Franciscus, Episc. Trecentensis.
Joannes B. de Cailus.
Rogertus de Bussy Rabutin.

- C. Mauritius de Roquepine, Abbas S. Nicolai Andegavensis.
Henricus Carolus Arnaud de Pomphone, Abbas S. Martini.
Joannes Franciscus Paulus de Caumartin, Abbas B. M. de Buzayo.
Joannes de Castell.
Jacobus Benignus Bossuet, Abbas Saviniensis.
Ludovicus Armandus de Gourgue.
Franciscus de Thomassin de S. Paul.
Clausius de Mazuyer.
Cl. de Biet, de Maubranche.
J. Franciscus Petit de Ravanne.
Fiodorus Moret de Bourchenu, Praepositus Ecclesie S. Andreae Gratianopolis.
Franciscus Prosper Choart de Bazanval.
H. de Beaujeu.
Camillus de Tellier de Louvois.
Carolus Mauritius Colbert de Villacerf, nuper Agens Generalis, & Promotor.
Gabriel de Cofnac, Agens Generalis in rebus Cleri.
Carolus Andraut de Langeron Maulevrier, Agens Generalis in rebus Cleri.
Vincentius Franciscus Desmarets nuper Agens in rebus Cleri, nunc a Secretis.

XXII. EPISTOLA ENCYCLICA

Conventus Generalis Cleri Gallicani.

CARDINALES, ARCHIEPISCOPI, EPISCOPI,

Aliique Ecclesiastici Viri, permissione Regia in Regio Palatio San-Germano congregati.

Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, & universo Clero, per Gallias consistenti, Salutem in Christo.

Phil. 4. 8. Fuit is pridem decor Christianae Disciplinae, quem Beatus Apostolus commendat his verbis, De cetero, fratres, quaecumque sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bona fama, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate. Haec enim illa est plenitudo iustitiae: hoc veri studium; is splendor sanctitatis: haec amabilitas morum: haec Christiani nominis fama, quae ad Christum omnia facile pertraheret, neque aliud fuit, quo scandalum Crucis, quo praedicationis fulticia magis nobilitari posset. Quare, cum ad extrema ventum est tempora, in quibus decolor pristina, imminuta fide, refrigescante caritate, labente disciplina, morum corruptelis, ac denique ut sit, fallacium opinionum illuvie deteri videbatur; id egerunt omnes pii, atque ipsa praesertim Ecclesia Gallicana, ut Moralis Theologiae dignitatem vindicarent. Huic igitur operi, ut jam, vel maxime salutaris admoveatis manus, & nostra iudicia vestra confessione firmetis, communis officii ratio, & caritatis vinculum, & Collegii nostri unitas, & auctoritas, suo quodam jure postulant.

Eph. 26. 17. Et quidem doctissimae, ac celeberrimae Theologicae Facultates, maxime vero Parisiensis cum Lovaniensis conjunctae, etiam interrogantibus Episcopis, pro officio suo gloriosum novandi libidinem repraesentant. Compresbyteri quoque nostri Parochialium Ecclesiarum Rectores, ceterique Doctores in amplissimis civitatibus constituti, ad nostra usque tempora non cessant exaltare vocem suam in plateis Sion, atque Episcopos in altiore specula collocatos assiduis effugitationibus incitant: qui quidem eorum vocibus, & ipsa rei necessitate commoti, pro loci sui auctoritate, valentiore manu gladium spiritus assumpserunt, quod est verbum Dei, ad dirumpenda cervicilia. & pulvillus, inani arte consultor sub omni cubito manus: ne infelicis animae in morte

obdormiscerent, ac per falsae pscis fomium ad aeterna supplicia raperentur. Neque tantum fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi, in suis quique Dioecibus ascenderunt ex adverso, sed & plenitudo exercitus Israel, ipsi nempe Conventus Cleri Gallicani, in Christi nomine rite adangi, de Fide, & Moribus ediderunt praecleara Constituta, graveisque Censuras, quarum haud exiguum partem commemorandam, repetendam censuimus.

Nec taceere possimus, Religiosissimi Patres, memorabilem sententiam, qua maxime, ac doctissimus Ceterus, anno 1655. & sequentibus, Parisiis congregatus, gravissimo iudicio suo damnavit pervertam, ac falsi nominis sententiam, qua instructi homines Non jam accomendant mores suos ad Evangelicae doctrinae normam, sed & ipsi ipsius regulam, ac sancta mandata, ad cupiditates suas inflectentes, & devorantes, noxaeque, & inani philosophiae Christianam Disciplinam in academicis quaestiones, ac dubias fluctuantesque sententias vertentes. Haec illi: qua sententia, veratitem illam, ac noxiam opinionum flexibilitatem, hoc est ipsum mali caput contereabant. Illud vero iudicium, Sancti Caroli Borromei Communionibus ad Ministros Penitentiae datus praerogam, ad Collegas suos sanctos Ecclesiarum Gallicanarum Episcopos transfuserunt, ac deplorata facili caecitate, id quoque indoluerunt, quod in ipso Comitiarum exitu, oppressi negotiis, congrua medicina grales morbos propellere non poterint. Quibus sane verbis ea remedia non omnibus profusa, sed in opportunitate tempora distulisse, eamque provinciam securis Conventibus demandasse vixi fatentur.

Hanc paternam vel hereditatem Cleri Gallicani Ceterus anno 1682. Parisiis congregatus exceperat; sed Conventu interrupto, ne salutaris consilii memoria intercederet, Sapientissimi Patres pravarum Propositionum Indicium anrequam discederent, edit, ac per Ecclesiam mitti voluerunt, ut futuris Conventibus velut digito indicarent, & quid tum Gallicana pararet Ecclesia, aut quid a posteris expectari potest.

Ex his profecto liquet, Episcopis Gallicanis ad Dei gloriam semper intentis non animum unquam, sed opportunitatem defuisse: quam nacti occulta quadam divini Numinis providentia, opus in manus resumimus, hoc vel maxime tempore, quo fratres nostros a Fide Catholica devios, maximo Rege praesente, revocare nitimur ad Ecclesiam: cum nihil sit quo magis optime, ac religiosissimi Principis iudicia adjuvare possimus, quam si deus operamur, ut Christianae de moribus Regulae, castitas, & honestas, magis magisque in dies, nec tantum decretis, atque sententiis, verum etiam factis, & executione intefcat; quippe qua vel maxime ad Christum omnia trahi, atque etiam infideles ad extremum orbe ad fidem converti solere diximus.

Nec defuturam speramus Ecclesiae laboranti eam, quae semper adfuit, Regum Auctoritatem. Extant nostris temporibus, * Rege ipso praesente Regii Consilii saprema Iudicia de coercendis erroribus, qui ad Ecclesiam, ac Reipublicae exitum publice docerentur, castigatis quoque, ac repressis eorum Auctoribus: Neque quidquam est boni, utilisque consilii, quod Ludovici Magni temporibus non expectari possit; aut est quidquam hujus regni gloriae, ac splendori congruentius, quam ut Religiois, ac Disciplinae puritas, sanctitasque floreat.

Hujus ergo rei gratia, Nos in Spiritu Sancto, & in Christi nomine adunati, ejusque ope freti, non tam novum opus aggredimur, quam Decreta sancta quoad fieri potuit colligimus, ordinamus, adhibitis notis, certisque principis indicatis, quibus instructi cooperatores nostri Sacramentorum Administrum, errores subinde in Ecclesia renascentes non modo perspicere, verum etiam facile constatare possint. Hoc opus non tam nostrum, quam vestrum, vestris quippe suspiciis, vestro spiritu gestum, sanctissimi, ac religiosissimi Consecratorum, vestre pietatis, vestre fidei commendamus, hoc in tutela, praesidioque vestro ponimus: hoc fidele depositum cum ceteris egregijs Monumentis vestrorum Ceterum componendum, & in communes Ecclesiarum usus adhibendum relinquimus: ut in Christo Jesu, quo unocordissimus, Ecclesiae Gallicanae, immo etiam Catholicae gloria inflarefecit. Valete in Domino.

Datum in Palatio Regio San-Germano, Kal. Octobris M.DCC.

Et subscriperunt iidem, qui supra.

XXIII

MANDATUM

Eminentissimi D. D. Cardinalis de Noailles.

ARCHIEPISCOPI PARISIENSIS DUCIS, ET PARIS FRANCIAE,

REGIORUM ORDINUM COMMENDATORIS,

De Censura subscripta Cleri Gallicani.

Parisiis, & in tota Dioecesi promulganda.

Ludovicus Antonius miseratione Divina Sanctae Romanae Ecclesiae, Cardinalis de Noailles, Archiepiscopus Parisiensis, Dux Sancti Clodaldi, Par Francie, Regi Ordinis Sancti Spiritus Commendator, universo Clero Dioeceseos nostrae tum saeculari, tum Regulari Salutem, & benedictionem in eo, qui est omnium vera Salus.

Doledum maxime nobis est cum Osea Propheta, quia Maledictum, & mendacium, & furum, & adulterium inundaverunt, veritatem non arguunt viri. II vero magis arguuntur, qui de rebus Moralibus eifrazi quadam libidine scribentes, Verbum Dei adulteraverunt, & Regulas Morum funditus everterunt. Quare stentis cum S. Cypriano dicimus: Scelus, non tantum geritur, sed & docetur. Huic malo occurrere Episcoporum est; Quos possit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei.

Cum enim Ecclesia sit civitas illa fortis apud Isaiam descripta, In qua, ut exponit S. Hieronymus, ponitur murus bonorum operum, & antennatae rectae fidei, ut duplice septa sit munimento: non enim sufficit murum habere fidei, nisi ista fides bonis operibus confirmetur; utique a nobis consulendum est, ut & sacra Dogmata divinitus sancita, quibus constat Catholica Fides, semper propugnemus, & Leges Evangelicae Christi auctoritate constitutas, ad quas Mores Christiani componantur, firmius in dies stabiliamus.

Satis non est, ut amplectamur eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, & exhortemur in doctrina sana: sed insuper potentes esse debemus ad eos, qui contra dicunt arguendos, & animose, ac fortiter resistere inobediens, vaniloquis, & seducatoribus, donec acquiescant sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei, quae secundum pietatem est, doctrina. Illorum quippe sermo ut cancer serpit, & subvertit fidem, ac mores. Ruina autem haec sub manu nostra, nobisque impundanda, si vocem nostram non exaltemus in plateis Ierusalem. Et certe, si in

oite 4. 2. Epist. ad Romanos, Act. 20. 28. Comm. in 16. 114. Tit. 1. 9. Tit. 1. 10. 2. Tim. 2. 17. Ma. 3. 6.

Ann. 164

Christi iudicio, ut ait S. Leo, rei de silentio inveniantur, etiam si non contaminantur assensu, quicumque tales non prendendo putant: Quia sicut incauta locustis, inquit alter Pontifex, in errorem pererabit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit; qui postquam vitare id periculi, de quo praemonebat Caecilius Episcopus Galliae adversus Massilienses S. Augustino obstrictes? Timeo, ne conniversi sit hoc tacere? tunc, ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurrere veritas, si falsitas displicet: merito namque causa non respicit, si cum silentio faciamus errorem. Ergo corripiantur huiusmodi non sit liberum praevoluntate habere sermonem. His Monitis obsecuti, qua sunt in Summos Pontifices religione, Ecclesiae Gallicanae Praefules, & officii sui memorati, veritati, ac morum integritati adversentem doctrinam insectari non desierunt. In Comitibus fave quilibet occasione habitis (ut jam a primis temporibus, sive in Oriente, sive in Occidente, ab Episcopis actum legimus) que de rebus ad Religionem spectantibus ipsis vixi fatentur, decrevere.

Tandem operi, quod a Decefforibus fuerat inchoatum, manum admoveas nuperimus Conventus, fideliter perfecti, quod bonorum vota, sdelium salus, temporum iniquitas postulabant, dum praecipuus laxioris doctrinae commenta certis distincta capitibus, suis Censuris percussit, ac notavit. Vocati, ut praesens Comitis (quod novam dignitatem, non tenuitatem nostram decebat) cum Collegis nostris Archiepiscopis, & Episcopis, quos omnes vidimus singulari cum laetitia unanimes, & idipsum sentientes, sollemne Iudicium tulimus, & illorum auctoritati Dioecesi auctoritatem addidimus.

Quocirca mandamus, ac praecipimus omnibus, & singulis Ecclesiarum, Collegiorum, Communitarum, Monasteriorum, Ordinum Superioribus, ut hanc Censuram, Declarationem, & appendices curent observari, & identidem legi in Ecclesiasticis, & Religiosis Censuris, Distinctis etiam inhihemus omnibus seu Saecularibus, seu Regularibus Confessoris, Concionatoribus, Theologiae, aliarumque Scientiarum Professoribus, ne quis eorum, aut ullus alius in nostra Dioecesi, etiam si immunem, & exemptum sese contenderit, quidquam ullo modo dicat, scribat, doceat, aut consulas, quod in illa sit Censura damnatum.

Datum Lutetiae Parisiorum in Palatio nostro Archiepiscopali, 11. Nonis Octobris anno salutaris MDCC.

L. A. CARD. DE NOAILLES, Archiep. Parisiensis.

De Mandato Eminentiss. ac Reverendissimi Domini mei Cardinalis Archiep. Paris. Chevalier.

Serm. 15. S. Greg. Psal. Cura p. 2. c.

Phil. 2. 4.